

quæ historiam patriæ occupabant univèrsam, ex-
plosis, cum fide eam tradidit, & ea tantùm, quæ fida
& vera. Scripsit

*De Antiquitatibus Gallia Belgica, qualis sub impèrio Ro-
mano.* typis Plantin. 1566. 1584. 8.

De Antiquitatibus ejusdem, qualis sub Francis. MS. Lo-
vanii apud filium, & Bruxellis.

De Antiquitatibus Brabantia, & Rerum Brabanticarum
libb. XVIII. Antver. apud Hier. Verdussium, 1610.
4. edente Aub. Miræo.

Annales Rerum Brabanticarum. Manuscr. ibid.

Rerum Lovaniensium Commentarios, libris V. MSS.

Vivere desuit Machliniæ, an. D. c. l. l. lxxxii.

PETRVS DORLANDVS, Diestensis, Cartu-
sianus in Zelemensi S. Ioannis cœnobio, apud Die-
stemium Brabantia opidum, vir fuit singulari vitæ
integritate, innocentia, pietate, & eruditione conspi-
cuis: quas in eo virtutes laudat Theod. Petreius in
Biblioth. Carrusiana. Obiit an. D. c. l. l. l. viii.
Kal. Septemb. in Cartusia Zelemensi. Scripsit

Coronam De Viris Cartusiani Ordinis Illustribus, sive
Chronicon Cartusianum. Colonia, 1608. 8. apud Cho-
linum, cum Notis Theod. Petreij, Cartusiani.

Explicationem mysticam Habituum Cartusienfis. Lovanii,
1514. 8.

Dialogum De vitio Proprietatis Monachorum. Ibid. 1513.
4. apud Theodor. Aloutensem. In eo plura Dorlan-
di scripta recensentur, quæ ante rebellionem Belgi-
cam in Zelemensi Cartusia lecta fuerunt. Sunt au-
tem DIALOGI varii;

De Perseverantia Novitiorum.

De stabilitate Monachorum.

De vera Amicitia.

De opere Amoris & Passione Christi.

De Mysteriis Passionis.

De extremis hominum calamitatibus.

De

De dominata Vitiorum.

De dominata Virtutum.

De vera hominis Sapientia.

De vera hominis Beatitudine.

De Laude & claritate vera Iustitia.

De vera Patientia, ex Chrysostomo.

Inter Sapientem & Insulsum.

Inser Diestemium & Servatium De cognitione sui.

De Unione.

De Institutione optimi Pastoris.

De S. Ursula & Sodalibus eius.

De S. Cecilia, Cur Phœnici comparetur?

De Septem B. Mariae Gladiis.

De Fraternitate Compassionis ejusdem.

De Sanctis Laurentio, Romano milite, Antonio, Vincentio
Ferrariensi, Catharina, Anna &c. è quibus cum Vita
Christi, auct. Ludolpho de Saxonia, Cartusiano,
B. Anna Vita edita est Antverpiæ, apud Keerbergium,
1617. fol.

Psalterium Virginis Dei - para.

Speculum Humanae Vita.

Sermones, & Epistole variae. Et alia.

Adservantur in Cartusia Colonienfi ejusdem

Tractatus De tribus Cartusianorum votis.

Dialogus De duabus vitis.

Collationes De Militia spiritali.

De Sacerdotum dignitate.

PETRVS EVLARDVS, Societ. IESV Theolo-
gus, pium libellum edidit, Lovanii typis Masii, in
12. quem inscripsit *Exercitium Christianæ Pietatis: &*
Colonia, 1622. apud Butgenium.

PETRVS FABER, Noviomagus, Ord. Prædica-
torum Theologus, floruit Romæ, & vivere ibidem
desuit in suburbanis, anno jubilæo c. l. l. xxv. viii.
Kal. Augusti, prid. Alexii, veneno absumptus. Dedit
Supplementum ad certam partem D. Thomæ Aquinatis.

T t 2

PET.